

eidem præstitit operam, ut etiam Ottocari nomen exinde repererit. Hujus Premislai five Ottocari vel propterea hic diserte facienda fuit mentio, quod in eo regium nomen Bojemix stabilium.

§. CXLIX. Non mihi nunc est animus repetere bella inter Ottonem & Philippum civilia, quibus inprimis Hermannus Thuringix Landgravius fuit implicitus. Satis est pacem confectam tetigisse, cujus vigore Otto a titulo ac re Imperii, cum certa ab obitu Philippi successionis spe, abstinere debuit.

§. CL. Et sane postquam Philippus ab Ottone Wittelspachio Palatino esset occisus, anno MCCVIII. successionem adiit OTTO IV. regni jam amplius æmulum non metuens: quod Fridericus Rex Siciliae, Henrici VI. filius impubis regno impar; Bertholdus vero Zaringix Dux nuper ad Imperii gubernacula accitus socordis esset animi, nihil minus quam fa-
sces